



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 1. Seditio Antiochena.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)



HISTORIA
 ECCLESIASTICA.
 LIBER XIX.



SIRICIUS, PAPA.
 VALENTINIANUS II. THEODOSIUS,
 ET MAXIMUS, IMPERATORES.

§. I.

Seditio Antiochena.

Theodosius Imperator nova a subditis tributa exigebat, in bellorum, quæ sibi gerenda erant, sumptus, utque largitionibus militum amorem sibi conciliaret, decimo Regni sui anno ineunte, nempe anno 388, & filii sui Arcadii quinto exeunte. Hujusmodi exactiones in urbe Antiochena causa Seditiois fuere, quæ hoc anno 387. exorta creditur. Cum populus videret, eos, qui imperatum non darent, quæstioni admoveri, in furorem actus, in pietas Imperatoris imagines lapides

Sæculum IV.
 A. C. 387.
 Theod. V.
 c. 20.

VIII.
 pido,
 terna-
 gensi,
 paulis-
 edere
 scien-
 t An-
 entia
 e pec-
 ani-
 xinde
 licite
 super-
 om-
 iens.
 t, &
 Dei
 ntea,
 sa-
 expe-
 illius
 quam
 Fe-
 Epis-
 erito-
 us,
 TO.

Sæculum IV. pides jacere, & statuas, ære fusas, nec
 A. C. 387. solius Imperatoris, sed etiam Patris ejus,
 liberorum, & Imperatricis Flaccillæ, seu
 Liban. in *El-* Placillæ, quæ aliquanto ante hæc tem-
 lebach. p. 526. pore e vivis abierat, prosternere cepit.
 527. Hanc Principem omnigenæ virtutes,
 præsertim humilitas, & in pauperes cha-
 ritas commendaverant, quos sine comi-

Theod. V. tatu in Nosocomiis, & privatis domibus
 19. invisebat. Ægrotantibus in lectis eorum
 inserviebat, juscula, prius labiis Augu-
 stis delibata, propinabat, frangebatur pa-
 nem, potum sitientibus præbebat, omni-
 bus, quæ fidelem custodem, & ancillam
 decent,ungebatur. Continuo Impera-
 torem monebat, ne pristinae sortis immem-
 or pro fortuna præsentis extolleretur;
 quippe eam duxerat, antequam in solum
 eveheretur. Talis fuit Flaccillæ Impera-
 tricis vita.

Soz. VII. c. Statuis Cæsareæ familiæ everfis, nec
 23. *Zof. I. 4.* dum quievit populi Antiocheni insania;
 p. 766. *Chry-* sed funibus alligatas, & per urbis compo-
sof. hom. 2. dita raptas in frustra discerpere, incondi-
 to. I. p. 26. to clamore cavillas, & ludibria adjicien-
 tes. Insolentia auctores erant plerique
 pueri, advenæ, & populi fax infima.

Liban. ad Tanta autem fuit in tota urbe commo-
Theod. p. tio, ut Magistratus nedum vim oppone-
 395. 396. re, sed ne quidem prodire in publicum
 auderent, ne frustra vitam ultimo peri-
 culo exponerent. At paulo post ingens
 conser-

confernatio totius populi, Cæsaris iram præsentientis, secuta est. Multi urbe excedentes, in vicinia delitescere cupiebant, alii domi occultabantur, nemo pro-
 dire audebat, plateæ, fora ab hominibus deserta; nam iudices in tumultus auctores inquirere cœperant, ad pœnam trahendos. Rumor varius in vulgus spargebatur; quantum Imperator irascere-
 tur; jam omnium civium bona fisco addicenda; incolas, incensis domibus, flammis perdendos, urbem universam funditus evertendam, ita, ut ibi Antiochia stetit, lilia crescerent. Nullum Antiochenis in tanto metu solatium nisi a Christianis venit, præsertim Episcopo ipforum Flaviano, & Presbytero Joanne, ob cognomentum, Chrysofostomus, seu os aureum celeberrimo; id enim nominis sequentia sæcula aureæ ejusdem eloquentiæ tribuerunt.

Flavianus remittente tumultu, sine mora iter ingressus, ad Imperatorem se contulit; non eum gravis ætas, nec cœ-
 li intemperies, tempus enim erat quadragesimam præcedens, & hybernum, nec sororis suæ amor retardare potuit; hanc a multo tempore apud se habitantem, tunc cum morbo, imo cum morte colluctantem relinquebat. Ubi viæ se dedit, felicissima fuit profectio, favebat tempestas etiam hyemali tempore, atque

Sæculum IV.
A. C. 387.

Chryf. ibid.
p. 25.

hom. 17.
p. 193.

Chryf. hom.
20. p. 224.
225.

hom. 6. p.
28. c. 29.

Hist. Eccles. Tom. IV. H h h S. Epis-

Sæculum IV. S. Episcopus celerius progrediebatur, quam illi, qui ipsa seditionis exortæ die profecti Antiochia fuerant, ut rem ad Regiam deferrent, nam quamvis Episcopum prævertissent, tot eis occurrerunt obstacula, ut, omissis equis, currus conscendere cogentur.

§. II.

Homiliæ S. Chrysostomi ad populum Antiochenum.

- hom. 2.* Interim Joannes Presbyter populum solabatur suis orationibus, quas hodie dum numero viginti habemus; prima in Ecclesia, dicta Palæa, seu antiqua pronuntiata est. Dicit, se, ut exemplum amicorum Job sequeretur, septem diebus tacuisse; nempe antequam ad populum diceret, exspectavit, donec seditionis fervor intepuisset, & sedato essent animo.
- hom. 1. p. 20.* Tristem vastissimæ urbis pingit imaginem, & præsentis calamitatis causam assignat incuriam hominum blasphemorum impietatem reprimendi, quod, ut facerent, ultima sua oratione hortatus fuerat. Hæc istis homiliis præposita visitur.
- p. 28.* Tum explicat S. Scripturæ textum, qui pro varietate officii legebatur. Illa die erant illa verba epistolæ primæ ad Timotheum: *Divitibus hujus Sæculi præceptum non sublime sapere.* Ex quo colligimus, tunc quoque epistolarum S. Pauli lectionem